

Anniversaire
de la Naissance du R. P. Pierre Julien Eymard

le 4 Février 1811.

Ad Patrem rediens Christus amantibus
Divinum tribuit pignus Apostolis ;
Escam quæ memoret grandia miraque
Præstat se reverentibus.

Istis ex epulis hæc generatio,
Quæ quærit Dominum, sumpsit originem ;
Ferventes animas, quas alit hic cibus,
Cœlestis amor efficit.

Quondam friguerat pristina caritas ;
Opportunus opem præbet Eymardius
Qui de Pane sacro curat ut ociosus
Procedat renovatio.

Exemplum capiens a Sapiëntia
Mensam proposuit vinaque miscuit,
Ut conviva satur factus et impiger
Hostis conterat impetus.

Panis deliciae pervigilem simul
Pastorem satiant et teneras oves,
Præclarusque calix multiplicat gregem
Christi pace fruentium.

Ad cujus solium missa petitio
Ex puris quoties mentibus evolat,
Tot Rex magnificus munera divite
Fundit Corde clientibus.

Patri maxima laus et Tibi gratiæ
Qui das, Christe, dapes esurientibus ;
Splendor Spiritui cujus in ignibus
Tecum nos facis hostiam.